Vniuersis, et singulis presentes nostras literas inspecturis, lecturis,
et audituris salutem notum facimus, et in verbo veritatis atesta-
mur, quorum infrascriptum decretum extractum fuit ex libro, seu
Registro Conclusionum nostre Cancellarie, et in quo similia decreta, anno-
tari, et registrari solent. Quod quidem in hanc publicam formam
extrahi, et redigi iussimus, tam in iudicio, quam extra illum, plena,
et indubitata fides adhibeatur, cuius tenor, et qui sequitur videlicet
Die octaua Mensis Nouembris millesimo sexcentesimo decimo tertio, supra
contradictionibus factis in Venerando Prioratu Castelle, et Legionis
aduersus probationes nobilitatis nobilium Don Francisci de Guardiola
et Sandoual, et Don Octauii Henriquez de Gusman, qui sunt fratres
germani; et filii nobilis Don Hieronimi de Guardiola, et Sandoual,
Audito Domino fratre Gabriele Perez eorum Procuratore petente, et instante
dictas probationes admitti, et recipi pro bonis, et validis, et audita
relatione Magistri secretarii, qui citauit contradicentes, et fecit solitas
citationes vsque ad tertiam, et quartam super abundantem, et nemo
contradicentium comparuit, nec adhuc comparet. Illustrissimus, et Re-
uerendissimus Dominus M. Magister, et Venerandum Consilium in contumaciam contra
dicentium cum S 6 n d dictas ambas probationes admiserit, et
recipi et admitti senten-
tiauerit pro bonis, et validis, et pro talibus recipi, et admitti senten-
tiauerit: et mandauerunt decernentes, quod prefati nobiles Don Fran-
cisco de Guardiola, et Don Octauio Henriquez de Gusman numerent an-
cianitatem iuxta gratiam nouiter eis factam obtentam, vt constat
in actis Cancellarie; et quia ita se habet veritas, facta que fideli cum
originali collatione concordare comperimus. In cuius rei testimonium
Bulla nostra Magistralis in cera nigra presentibus est impressa Datum
Melite, in Conuentu nostro die vigesima octaua mensis Nouembris
sexcentesimo vigesimo octauo

D. C. in Cancell.ria

Fr. Jo. Franciscus Abela Vicecancell.us

[illegible signatures]